1439

In nomine domini Amen. Sub anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo
tricesimo nono, indiccione secunda, apostolica sede vacante et sacro concilio Basiliensi presidente, die vero ...
mensis ... [illegible] ... hora ... vel quasi, in ... domo ... ecclesie collegiate Sancti Floriani ... Wissegradensis
... Pragensis ... in mei notarii publici infrascripti testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum
presencia personaliter constitutus honorabilis dominus Mathias de Onlehall vicarius perpetuus in ecclesia ...
procurator et nomine procuratorio honorabilis viri magistri Johannis de Kanthi sacre theologie baccalarii forma[ti]
procurator ... de sue procuracionis mandato michi plena fides est facta, tenens et habens suis in manibus ...
... venerabilis viri domini magistri Pauli de Zathor decretorum doctoris canonici ... que
... in Christo patris et domini domini Sbynei Dei gracia episcopi Cracoviensis investiture et confirmacionis
eius sigillo rotunde figure, ab extra de alba intus vero de communi cera in pergamena ...
appenso sigillatas, manu quoque ... Nicolai de Krelkowicze clerici Cracoviensis diocesis publici
imperiali auctoritate notarii scribe quoque dicti domini Pauli de Zathor vicarii in spiritualibus ...
subscriptas et consignatas, sanas, salvas et integras, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua
earum parte suspectas, sed prorsus omni vicio et suspicione carentes, ut prima facie apparebant,
earundem vigore et auctoritate venerabiles et honorabiles viros dominos Benedictum Hesse de ...
... decanum, Mathiam de Kalisz ... custodem, Nicolaum de Cracovia et Paulum
de Pysslowicze canonicos ecclesie Sancti Floriani predicte ibidem presentes et personaliter constitutos
monuit et requisivit, quatenus sub penis et censuris in eisdem litteris investiture fulminatis ...
contentis prefatum dominum Johannem de Kanthi principalem in persona ipsius domini Mathie
de Onlehall sui procuratoris legittimum in canonicum ecclesie Sancti Floriani predicte et in fratrem
reciperent ac in et ad possessionem predicte canonie iuriumque omnium et pertinenciarum ipsius
canonie corporalem, actualem et realem ponerent et inducerent, et ab alio quovis
et ... facerent, stallum eidem in choro et vocem in capitulo cum plenitudine iuris
canonie assignando, aliaque adimplerent que eis in dictis litteris investiture et confirmacionis
precipitur et mandatur. Quiquidem domini Benedictus decanus, Mathias custos et ceteri
canonici predicti dictis litteris venerabilis viri domini magistri Pauli de Zathor vicarii in spiritualibus
predicti ... receptis visis et pro plene habitis ... debita ... mandatis et ...
dicti domini Pauli parere volentes, prefatum honorabilem dominum Johannem de Kanthi
baccalarium formatum in persona predicti domini Mathie de Onlehall sui procuratoris legittimi
in canonicum et in fratrem receperunt et indutum superpellicio et almucio canonicali ...
ecclesiam introduxerunt ipsumque ad summum altare posuerunt, et iuxta laudabilem consuetudinem
... flexis genibus ... ad dominum ... iuramento quoque de observandis per eum statutis
et consuetudinibus ecclesie predicte in manum ipsius Johannis de Kanthi a ... Mathia recepto,
ipsum ad stalla duxerunt ac sibi stallum in choro dicte ecclesie in dextra parte ... et
... altare, et vocem in capitulo possessionem quoque omnium iurium et pertinenciarum dicte canonie
realem et corporalem in plenitudine iuris canonice assignaverunt. Super quibus omnibus et
prefatus Mathias de Onlehall procuratorio sibi et suo principali peciit a me notario publico
... publicum instrumentum. Acta sunt hec anno indiccione sede vacante die mense hora et loco
quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus viris dominis Nicolao de Krelkowicze ...
clerico ... notario causarum consistorii ... Alberto ... et ...
vicariis ecclesie predicte Sancti Floriani testibus ad premissa ...



Et ego Georgius Alberti de ... clericus Wratislaviensis
publicus imperiali auctoritate notarius, quia predictis requisicioni
... introductioni, iuramenti prestacioni, stalli in ...
et vocis in capitulo possessionis quoque assignacioni et tradicioni aliisque
omnibus et singulis premissis, dum sic ut premittitur fierent et agerentur,
una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula
sic fieri vidi et audivi, ideo presens publicum instrumentum manu propria scriptum
inde confeci et in hanc publicam formam redegi, signoque meo et nomine
meis solitis et consuetis consignavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium
... et singulorum premissorum ...

Dypl 390